Quelle: http://manuscripta.at/?ID=917
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift

et non mouebitur. omnium
iniquitatum eius quas
operatus est non recordabi-
tur. In iustitia sua quam
operatus est viuet. Nunquid
voluntatis mee est mors
impij dicit dominus deus et
non ut conuertatur a vi-
is suis et viuat? Si autem
auterit se iustus a iustitia
sua et fecerit iniquitates
secundum omnes abhominationes
quas operari solet impius
nunquid viuet? Omnes
iustitiae eius quas fecerat
non recordabuntur. In
preuaricatione qua preuari-
catus est et in peccato suo quod
peccauit in ipsis morietur.
Et dixistis. Non est equa
via domini. Audite domus
israel. Nunquid via mea non
est equa et non magis vi-
e vestre prauae sunt? Cum autem
auterit se iustus a iustitia
sua et fecerit iniquitatem.
morietur in eis. In iniui-
stitia sua quam operatus
est morietur. Et cum
auterit se impius ab im-
pietate sua quam operatus
est et fecerit iudicium et iu-
stitiam: ipse animam suam
viuificabit. Considerans
enim et auertens se ab om-
nibus iniquitatibus suis
quas operatus est vita vi-
uet et non morietur. Di-
cit dominus omnipotens. S. Johanne.
In illo tempore. Erat dies fe-
stus iudeorum et ascendit le-
sus iherosolima. Est autem
in hierusalem piscina
probatica que cognominatur hebra-
ice bethsayda quinque por-
ticus habens. In his iace-
bat multitudo magna
languentium. cecorum claudo-
rum. aridorum expectan-
tium aquae motum. An-
gelus autem domini secundum tempus
descendebat in piscinam
et mouebatur aqua. Et
qui prior descendisset in pi-